



# **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1857**

LXXX. Markgraf Ludwig überläßt dem Kloster Chorin sieben Stück jährlicher Hebung in Bölkendorf, am 6. September 1346.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54745](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54745)

facto fuerat requirendus, Donacionem Nouem manforum cum dimidio in villa Herfprung per predictos fratres nostros pie recordationis Monasterio in choryn, Cystericiensis ordinis, Brandenburgensis dyocesis, pietatis inductu liberaliter factam, tam legitimam quam deuotam censentes, Ipsam approbando ratificando presentibus in domino confirmamus. Precariam quoque de octo mansis supra dictis eidem ecclesie deuotius conferendo, Renunciantes expressius omni Juri, si quod Nobis aut progenitoribus seu heredibus nostris competeat seu competere videbatur in bonis memoratis. Nos quoque Johannes, Nicolaus, Christophorus, Henricus, Wernerus et Johannes, famuli, dicti de Snetlynge prefati, qui huic donacioni et renunciacioni spontanea et ex certa nostra scientia assensimus, sigilla nostra presentibus vna cum Cristophoro, principali in premissis collatore, appendimus et appendisse profiteamur in Robur perpetuum et testimonium omnium premissorum. Actum et datum Choryn. anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. XLVI<sup>o</sup>. feria secunda proxima post dominicam beatissime et indiuidue Trinitatis, Testibus, qui aderant fideliter subnotatis, videlicet Henrico de Wedel, Hermanno Wythen, Reydeken de Brunkow, Henrico Elfholt, Henrico Mörner et Syffrido de Wedel cum aliis pluribus fide dignis.

Nach dem Original des Königl. Geh. Staats-Archives.

LXXX. Markgraf Ludwig überläßt dem Kloster Chorin sieben Stück jährlicher Hebung in Bölfendorf, am 6. September 1346.

Nouerint uniuersi presentes literas inspecturi, quod nos Ludouicus, dei gratia Brandenburgensis et Lufatie Marchio —, ob honorem et reuerentiam omnipotentis Dei, gloriose genitricis sue virginis marie et omnium sanctorum, nec non ob iugem seu perhennem magnificorum principum marchionum brandenburgensium predecessorum nostrorum pie recordacionis, nostre, heredum vel successorum nostrorum animarum memoriam, ut diuinus cultus magis et magis deinceps augeatur, appropriauimus et appropriare decreuimus per presentes septem frusta reddituum annuorum, sita in villa Boldekendorp, ad monasterium et ad conuentum fratrum Ordinis Cystericiensis in Koryn Brandenb. dyocesis perpetuis temporibus sine impedimento quolibet pertinenda. Jure tamen nostro, quod nobis in dictis redditibus competit seu competet reseruato. In cujus testimonium sigillum nostrum presentibus duximus appendendum. Testes sunt nobiles viri Guntherus, Comes de Swarczburg et Johannes de Buch, strenuique viri Albertus de Wolfstein, Johannes de Hausen, Hele, Marscalcus, et Bertoldus de Ebenhausen, coquine nostre magister, milites, Gerke Wolf, Nicolaus de Wolkow cum ceteris fide dignis. Actum et Datum Spandow, anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. XL<sup>o</sup>. sexto, feria quarta ante diem natiuitatis sancte Marie virginis.

Aus dem nach dem Original des K. Geh. Staatsarchives berichtigten Abdrucke in Gersens Cod. II, 484.